

**Disputatio medica inauguralis, de agitatione nervosa vulneribus
sclopetariis quandoque inflictā / [Francis Burton].**

Contributors

Burton, Francis, 1784-1828.

Publication/Creation

Edinburgh : J. Moir, 1820.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/qtfkycqr>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS
AGITATIONE NERVOSA
VENERIBUS SOLAVERATIS
QUAM PROGENITI IMPERIA

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

AGITATIONE NERVOSA,

&c. &c.

ЛІКУВАНИЯ
ДО СІМІСЯЧНОГО ВІКУ
ІІІ

ДІПЛОМАТИЧНА АГЕНТУРА
ДІПЛОМАТИЧНОЇ СЛУЖБИ
ІНДІАНІВ

B

DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
AGITATIONE NERVOSA
VULNERIBUS SCLOPETARIIS
QUANDOQUE INFICTA:

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET
NOBILLISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

FRANCISCUS BURTON,

HIBERNUS;

LEGIONIS LXVI. (NUPER IV^{tae} SEU IPSIUS REGIS) CHIRURGUS,

COLLEGII REGII CHIRURGORUM

SOCIETATISQUE MEDICO-CHIRURGICAE

LONDINENSIMUM

SOCIUS.

Kalendas Augusti, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:

EXCUDEBAT JOANNES MOIR.

MDCCCXX.

DISTATIO MEDICA
TUMULUS
AGITATIO NERVOSEA
ULNARIBVS SCLOPETARIIS
GUDOGAE INITIA

D. GEORGI RYARD SS. T. 5.

ACADEMIAE RATHENOVIANAE IMPRESA

EDITION

ACADEMIAE RATHENOVIANAE IMPRESA

ACADEMIAE RATHENOVIANAE IMPRESA

The Royal Society



VIRO ILLUSTRI

FRANCISCO BROOKE,

MILITUM TRIBUNO,

BALNEI COMITI,

QUARTÆ (SEU IPSIUS REGIS) LEGIONI PRÆPOSITO;

NEC NON AGMINIS ILLIUS SPLENDIDISSIMI

PRÆFECTIS ALIIS:

*Quorum virtus animusque bellicosus inter bella nupera,
tam Peninsulâ Hispânicâ, et Americâ, quam et Belgico
Waterloo peracta, ipsi occasiones nimis crebras chirurgiam
militarem excolendi praestabat :*

*Hoc tenue sed sincerum summae aestimationis pignus lu-
bentissime inscribit*

AUCTOR;

*ne primam scilicet quae se obtulit occasionem omiserit tes-
tandi quanti eorum vitam non minus publicam quam priva-
tam aestimet, quam grato animo Epistolam nimis honorifi-
cam munusque sibi ex universa legione, quum inde se sub-
duxisset, datum amplectatur.*

1500. ELLIOTT

Françisco Broome

Nov. 1. 1773.

BOSTON, MASS.

1773. FEB. 15. BROOME'S LIBRARY

THE BOOK COMPANY OF BOSTON,

: BOSTON.

1773. FEB. 15. BROOME'S LIBRARY
THE BOOK COMPANY OF BOSTON,
BOSTON.
1773. FEB. 15. BROOME'S LIBRARY
THE BOOK COMPANY OF BOSTON,
BOSTON.

1773. FEB. 15. BROOME'S LIBRARY
THE BOOK COMPANY OF BOSTON,
BOSTON.
1773. FEB. 15. BROOME'S LIBRARY
THE BOOK COMPANY OF BOSTON,
BOSTON.

NEC NON

JACOBO FRENCH, M.D.

NUPER 4TÆ (SEU IPSIUS REGIS) LEGIONIS,

NUNC

EXERCITUS BRITANNICI CHIRURGO SECUNDARIO.

Cujus prudentia animique dotes dum legione ista stipendiā faceret, summam venerationem atque admirationem omnium sibi conciliaverunt.

Nullo tamen et ejus ingenii facultates magis aestimatae sunt, virtus privata magis spectata, et nemini amicitia magis accepta quam

AUCTORI.

12
IV. TYPICOGRAPHIA BRUNNENSIS
ACADAMIAE PETROPOLITANAE

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

BRUNNENSIS LIBRARIÆ ET IMPRIMATORIÆ

ETATIUS ET C. M. L. V. 1750.

DISPUTATIO MEDICA 3

INAUGURALIS,

DE

AGITATIONE NERVOSEA,

VULNERIBUS SCLOPETARIIS

QUANDOQUE INFICTA.

AUCTORE FRANCISCO BURTON.

NONNULLIS forté haec legentibus materia
quam argumento delegi, non multo labore,
ne seriâ quidem contemplatione digna vi-
deatur. Iстis vero, quibus non contigerit ef-
fectus violentes corpori humano tormento-
rum ictu mediocri inflictos, vidisse probare
facile erit, (atque probamus) quod haec con-
citatio et prostratio quasi totius hominis nul-
lo non exemplo medici attentionem matur-
rimam gravissimamque requiret; quoniam

hâc solâ causâ mors persaepe fuerit subsecuta, etiam iis quorum vulnera quantum visui apparuit levissima extarent.

Auctores qui vulnera sclopetorum tormentorumque descripserunt, hanc rem breviter nimis perfunctorieque tetigerunt, adeo quidem ut si observationes perdocti viri GUTHRIE * accuratissimas excipias, urgentia admodum, ut propria experientia didici, haec signa propemodum negliguntur. Propositum igitur hac dissertatione nostrum est. I°. Quam necesse sit, ostendere, ut huic urgentissimae rei attentionem defigant medici. Ii praesertim ad bella militiamque destinati, quibus mentem expeditam succinctam, et quasi signo dato illico acturam esse oportet.

II°. Indicia speciesque monstrare, hanc corporis conditionem designantes, quales ipso momento observatas, inter proelia pene

* Gun-Shot Wounds, Page 23, 25, 28.

perpetua belli Hispanici, Flessingae obsidionem, bellum Americanum, pugnamque memorabilem prope Waterloo ipse adnotaverim. III°. Auxilia his quam ocyssimè tollendis signis maxime accommodata, ut homo a conditione periculi plena vindicetur; saltem aliam sed necessariam operationis chirurgicae agitationem incolumis ferre possit, indicare.

IV°. Postremo ostendere, hanc consternationem singularem non a virtutis, virilisque animi defectu provenire: ubi simul tamen confitendum erit, praeter homines affectus proprietatem aliquam (idiosyncrasiam) aut generis nervosi universam conquassationem, me aliam magis probabilem causam nescire.

I°. Hodie quidem ubi controversia (tam diu agitata) an statim post injuriam acceptam vel spatio quodam interposito amputatio fieri deberet, adeo probe ut mihi videatur, soluta est auctorum clarorum testimo-

niis ac documentis, praesertim supra laudati GUTHRIE, JOANNIS BELL in libris de vulneribus tormentariis utilissimis neenon clarissimi Galli Baronis LARREY *, adhuc magis necessarium fit materiam nostram diligentissimè scrutari, scilicet, ut iis cautela quaedam injiciatur, qui non experientia hujusmodi didicerint discrimina *nimas subitae operationis*, quae quidem substantibus signis jamjam describendis saepenumero fieret lethalis; ita vitam laborantis curationis utilitatem, curantis denique, nec injuriâ famam una ~~per~~ editura.

Haec quidem cautio, ex primoribus usque studiis animo meo fuit impressa; ex quo tempore in valetudinario publico mortem amputationem pro casu quodam haud gravi celebratam, citissime consequi vidissem: nulla enim causa manifesta erat cur interiret, quam agitatio quâ tum laborat, quum alia, operatio scilicet, superaddita est, pestifera igitur hujus amputationis terminatio

* Campagnes et Memoires de Chirurgie Militaire.

provenire videbatur, ab inscitia chirurgi aut talibus indiciis animadvertisendum esse ignorantis, aut etiam injuriae topicae eadem referentis, amputationeque jamjam facile tollenda sperantis : cuius tamen spei fallaciam eventus infelix miserè evicit.

Hic quidem singularis casuum nonnullorum, sed magis præcipue vulnerum ex globis tormentariis effectus, omnibus chirurgis qui bellis recentibus interfuerint adeo familiaris est ut hos, veritates harum observationum necessitatisque ut iis praesertim ante operationem conandum, accuratissima attentio adhibetur, testes fidenter appello.

II°. Indicia quae frequentissime consternationem universi corporis vulnere tormento inflictio demonstrant, haec sunt. Æger frigoris sensu ad horrores plus minusve graves accidente, corripitur, vultu pallido collapso, labiis colore defectis oculis cavis, retractis ; pulsus exiguus ; quandoque adeo imbecillus ut aegrè tactu percipi potest, spiritus lentus

oppressus, sudores non tamen generales erumpunt, vomitus; membrorum jactatio, ita ut membrum laesum saepe (quantum fieri potest) huc illuc jactitetur, nec dolorem quemquam excitare appareat; quod quidem ex pessimis signis est. Nonnunquam aeger difficillime ad respondendum excitatur; atque si tandem respondeat, monosyllabis vocabulis responsum reddit. Discriminis raro conscientius appetet, atque monitis curantium quibuscunque plerumque concedit.

Non ullum quidem exemplum novi hominis hoc statu jacentis, qui consilio chirurgi cuiquam parere negaret, si hoc tempore igitur consensus aegri flagitetur, non erit negatus: atque si tali tempore operatio celebratur, de aegro actum erit. Agitatio corporis priori superducta vitam extinguet. Ex multis in adversariis nostris exemplis pauca sed quam brevissime tradam, facta enim sunt, qualia rem lucidius illustrare valent, quam quaelibet utcunque speciosa commenta.

Historia I.—Ad FLESSINGAE obsidionem praefectus cujusdam legionis inter noctem ad tentorium nosocomiale, quo, tunc, officio chirurgico operam navabam militibus allatus est. Eum diligenter scrutatus praeter leve per glandem sclopeti vulnusculum, proximè supra sinistram patellam, nec quidem adeo altè penetrans ut tendinem muscularum cruris extensorum laederet, nihil laesum inveni.

Attamen pessimis ex signis supradictis intantum laborabat, ut, an alias quoque vulneratus fuisset mihi dicere non posset. Vina et aqua, quae quidem difficillimè hausit propinatis, ut non alia corporis parte laesus fuisset, mihi met satisfeci; post quod a tentorio frigido hominem ad valetudinarium quoddam vicinum temporarium asportari jussi, ibique curae chirurgi fortè munere fungentis demandandum. Quum aurorâ proximâ hoc valetudinarium inviserem, vulneratum, omni cura attentioneque frustra adhibitis, mortem inter noctem obiisse reperi. Munera chirurgi sub celeri obsidione cumque multo

morbo conjunctâ urgentissima, obstabant quin, quod maxime cupiebam, cadaver explorarem.

Historia II.—Apud pugnam Salamancae praefectus legionarius, globo sclopitario petitus est, qui quidem thoracis integumenta infra papillam dextram penetravit, circulam quasi, sed paulo deorsum sub iisdem integumentis describens, atque tandem sub scapulam ejusdem lateris tam planè subsistens ut non solum tangi sed oculis etiam conspici posset. Nulla tussis erat, nulla respirandi difficultas nisi quae causam hanc externam manifestè agnosceret. Nullum sputum vel excreatio, sed totum vultus aspectum gravissimam injuriam passi speciem exhibuit. Hoc autem statu glandem non extrahere, donec his improbis signis levaretur, mecum decrevi; etiamsi ad id levissima incisio suffecisset. Angustiae temporis curae comitantium, inter quos tamen aliis fuit praefectus leviter vulneratus, hunc permettere coegerunt, praeceptis datis, uti curationem postea dicendam continuarent, meque

certiores facerent, quando ad se rediret, quod citò fore speravi. Brevi tamen postea a nosocomio vocatus sum, propterea quod exanimis magnopere adhuc continuerat nec vires, uti praedixerim, recuperaret. Regressus vultum inveni anxium, spiritum acceleratum, pulsum debilem, praecepitem imbecilliter digitum ferentem. Vomitu liberatus est, animum perspicuus, suique compos, voces summis-
sâ mihi dixit, sibi certum esse, se melius habere si modo globus exemptus esset, quando animo ejus solatium allaturum viderem, excisionem non amplius differendam esse putavi, praesertim cum plagula tam levis globum eximi sineret. Inter extrahendum nullum doloris sensum exprimit, sed gratus tam levi negotio glandem extractam esse apparuit. Post habenulam emplastri adhaesivi incisioni superimpositam, caput in pectus meum reclinavit, quo situ fere ad horae quadrantem remanebat; atque devorandi vi amissa, tandem expiravit. Hic quoque officium nunquam negligendum, atque cu-

ra plurimorum in valetudinariis vulneratorum, corporis incisionem prohibuit.

Historia III.—Quando castella Salamancae exercitus nostri obsidione premerent, praefectus alias legionarius femoris fracturam gravem compositam passus est, valetudinarium advectus signis supra descriptis laborabat, conatu omni ad corpus excitandum nihil valente, intra paucas horas, sine sanguinis profluvio, sine ullâ praeter consternationem causâ, animum expiravit. Eodem tempore eique proximus jacebat praefectus legionis funestam comminutam cervicalis femoris fracturam perpessus, qui tamen nullâ, ut apparuit, agitatione affectus est.

Historiae IV. V. VI.—Novâ Aureliâ Americorum, militibus tribus legionis quartae ambo membra inferiora ejusdem tormenti globo excussa sunt. Intra pauca postea momenta omnes ad valetudinarium castrense reportati sunt. Unum ex his pyrobolum robustissimum, totiusque fere legio-

nis fortissimum signis supra datis adeo op-
pressum inveni ut propemodum sensu va-
cuus jaceret. Secundum non adeo graviter
affectum, atque tertium etiam minus quam
secundum. Omnes haemorrhagiâ liberi ex-
istebant, ideoque universa cura nostra ad vi-
rium conditionem confirmandam directa
est; sed summâ diligentia non obstante,
duo primi intra horas quatuor post vul-
nus inflictum extinti sunt. Tertius ex
stimulantium usu vires paulatim récollegit;
adeo quidem ut intra tertiam horam post
casum affectum agitationis superaverat, ut
mihi amicoque meo Doctori J. FRENCH ope-
rationi aptus videretur, utrumque igitur
membrum, nec interim e mensa removere
opus fuit, amputavimus. Operationem for-
tissimè tulit, convaluit, atque nunc in oppi-
do natali Suffolcia vitam tolerat; memora-
bile est, hunc hominem aliis morbis multum
animum despondere solitum, atque quod ad
animi virtutem spectat, sectae FALSTAF-
FIANAE fautor habitus, pyrobolus in omnia
notissimè contrarius; quam rem eo notavi

quod, opinionem postea defendendam vehementer corroboret.

Historia VII.—Praefectus e legione quarta in pugna apud Waterloo fragmento bombi ictus est fronte supraque juga superciliorum quo tabula ossis utraque fracta est. Ad locum, quo ego tunc vulneratos curabam, pedes ipse accedit, concedit, sudario capiti circumjecto, donec minus occupatus essem se expect~~urum~~ dicens. Sudario remoto ostendit late conftractum, et sine ullo signo ingrato obstupui. Portiones quaedam minutae adeo, laxe erant, ut etiam digitis me removere sinerent, quo tempore cerebri pulsationes plane erant percipiendae. Non tamen vel levissimum ex signis superioribus passus est, ad aliquam distantiam versus aciem postremam ambulabat, donec equum nactus essem quo collocatum famulo commisi, ut ad proximum ~~vac~~etudinarium duceret. Ex hoc tamen gravi vulnere deinde convaluit, atque postea legioni propriae adjunctus est, etiamsi propugnaculo, quasi cra-

nio artificio, postea uti coactus fuerit ne cerebrum forte quâdam extrinsecus laedetur. Haec ex plurimis aliis quae scriniis possideo exemplis facilè augere possim; quod tamen fieri, angustiae dissertationis inauguralis non sinunt. Ultra ista igitur quae dedi non expatiabor, interim eos chiururgos quos fors iisdem conditionibus quibus nos objecerit provocans, annon rectè concluserim. Quod consternatio illa viriumque prostratio, quas corpus vehementibus injuriis, praesertim vulneribus sclopetariis inflictis patitur diligenter considerandae sint, atque antè fugandae, quam ullam operationem prudenter conari possumus.

CAUSA.

Cur alias tam graviter afficeretur a levi vulnusculo, ut lethum etiam cito obiret, alias contra graviter sauciatus nihil tale pateretur, jure mirandum est, explicare quidem prorsus nequeo; atque confitendum est, ad pro-

prietatem aliquam seu idiosyncrasiam, aut
demum genus nervosum referre, perinde es-
set pro luce fumum vendere, ac solemus,
quandocunque de morbis hujus generis ser-
mo est.

CURATIO.

Curatio constare debet ex cardiacis et sti-
mulantibus, qualia sunt, vinum, aut alcohol
aqua dilutum, tinctura opii, alkali volatile
temporibus adhibitum, calor scrofululo cor-
dis, membrisque inferioribus, cum frictioni-
bus praecordiorum repetitis, quae omnia re-
media ad vires refocillandas utilia esse do-
cuit usus. His tamen adhibendis, nos non
incaute se gerere oportet, nec unquam e me-
moria excidere debet, haec remedia ex tem-
pore tantum dari ad mala praesentia super-
anda; quoque minus talibus remediis uti ne-
cessarium invenimus, eo melius quoniam
tempus cito veniet quo talibus tam libere
usos esse nos penitebit. Æger si fieri po-

test, cardiacum aliquod ut vinum, vel vi-
num ex aqua, alcohol ex aqua quamprimum
devoraret : deinde ad domum vehatur, prope
ignem collocetur ; aut lecto calido foveatur,
corpore primum, si madeat, abstero. Calor
scrobiculo cordis, vel aliis partibus corporis
si frigidae sentiantur, in forma commodissi-
mâ quâm obtinere possumus, adhibendus
est. Frictiones quoque subinde necessariae
sunt. Interea loci, vinum ex aqua calefaca-
ta, aut spiritus vini Gallicus quando vires,
vehementer prostratrae sunt divisis partibus
danda sunt, atque si vomitus adsit, tinctura
opii auxilium utilissimum invenietur, saepe
quidem solum medicamentum quod hoc
malum sistere valeat. Alkali volatile nari-
bus temporibusque adhibitum saepe commo-
dissimum est. Hac curatione perseveran-
dum est donec signa decedere incipient, cu-
jus rei prima indicia erunt frigus cutis, ri-
goresque abeuntes, pulsus revigescens, ple-
niorque evadens, vultus minus collapsus,
oculi speciem solitam recipientes, saucius ip-
se de vulnerum dolore conqueri incipiens.

Haec signa diligenter observanda sunt : Cardiaca nunc minus crebro adhibenda : brevi-que abstinenda. Si operatio necessaria judicetur occasio pretiosa non omittenda est, nam persuasissimum habeo, eo melius esse quo citius operationem celebramus, post-quam haec mala signa expugnata fuerunt. Ipse enim saepissime eadem conditione usus felicissime amputavi, etiam in ipso quo prae-liatum est, campo, (quando signa terrentia non adessent.) Hinc nihil ambigo quin iis, qui amputationes quam maturimè institutas felicissimas esse contendunt, calculum ego quoque adjiciam.

IV. Quod hic affectus non animi virilis veraeque fortitudinis defectu exoriatur, dic-tum est quod, primò saltem intuitu, non necessariò discussionem nostram desiderat. Quod ipse tamen expertus sum breviter pro-ponere, vix alienum parebit, saltem iis Apol-linem militarem colere destinatis. Utcun-que enim cauti omni tempore nos esse de-bemus, in re hujusmodi tamen cautione ma-

jore opus est; quoniam si quid imprudentis de effectu quem levis vulneris in aliquem adnotaverimus, temerè effutiremus, eventus certissimus erit; non solum inimicos nobis creabit, sed confidentiam eam aegrorum ad officia nostra medica fungenda tam necessariam penitus amovebit. Neque difficile est, imaginari virum fortem tali perturbatione saucium laborare qualis operationem quamvis in vitae discrimen inferret; qui tamen si opinio vulgaris hanc agitationem ex metu nasci diceret, operationem intempestive flagitaret, quam inevitabilem audiverat, etiam priusquam adeo usque de consternatione refectus fuisse, ut medici illam suadendam esse putarent. Exemplum hujusmodi quoddam vidi in profecto animoso cui iteratò fallacem ipsius hac de re notionem refutare verbis coactus sum, tandemque impetravi ut operatio differretur donec agitatione quâ laborabat liberatus fuerit. Milites etiam gregarii semet simili frequenter gerunt modo, saepe quidem vera virtute, nonnunquam vero, ut medicum novisse opor-

tet, ob alias causas, quas cavyere debemus.
Hoč igitur prolationem finiam, me sancte
credere istam virium conditionem a spiritus
virilis, veraeque fortitudinis defectu nequa-
quam provenire.

FINIS.